Trithemius, Johannes; Brant, Sebastian [Sonst.]; Heynlin, Johannes [Vorr.]: Liber de Scriptoribus Ecclesiasticis
Basel, [nach 28.VIII.1494] [GW M47578] [Sack 3502] Seite 138a



Viuit usq; hodie apud regem Poloniæ: maximo in precio: & uaria conscribit: sub Maximiliano Romanorũ rege: Anno dñi quo hæc scripsim⁹ Millesimo. CCCC. XCIIII. Indictione duodecima

Paulus niauis: natiõe teutonicus: uir in litteris humanitatis egregie doctus: & diuinarũ scripturarũ nõ ignarus: phus & rhetor celeberrimus: ingenio præstãs & disert⁹ eloquio: docẽdo & scribẽdo uaria in gymnasio Lyptzensi magnã nomini suo famã acquisiuit: Scripsit em̃ quædã præclara opuscula: quorũ lectio nõ uenit cõtemnẽda. De qb⁹ subiecta ferũt: Opusculũ p nouitijs religiosis:

| | | | |
|---|---|---|---|
| De institutione latiniçandi: | li. | j | Cũ ego sæpius cogitarem. |
| Visio cuiusdã heremitæ: | li. | j | Nemus ingens liquide. |
| Colores artis Rhetorices: | li. | j | Voluisti quondam eleg. |
| Dialogus idiotæ: | li. | j | Cũ repeterẽ sæpenume. |
| Epistolæ breues formales: | li. | j | Magnam solet uim &. |
| Epistolæ ad idem mediocres: | li. | j | Pollicitus sum uir bono. |
| Epistolæ quoq; longiores: | li. | j | Magnam concipio & in. |

Et quædam alia.

Viuit usq; hodie in Germania uaria cõponẽs sub Maximiliano rege Romanorũ illustrissimo: Anno dñi quo nos ista scripsimus Millesimo. CCCC. XC. IIII.

Bouslaus de hassenstein: natione Germanus: uir nobilis: & undecunq; doctissim⁹: orator & poeta insignis: qui præter cõsuetudinẽ cæterorũ nobiliũ hui⁹ tempestatis & arma tractat: & mirabili studio litteras colit: fouet & celebrat: ut uelut alter Plinius secundus: etiã militando libros & carmina conficiat: Scripsit tam metro q̃ prosa quædã præclara opuscula: quibus nomen suũ notificauit. E quibus extant subiecta. Opus præclarum de Germanorũ & Italorum:

| | | |
|---|---|---|
| Inuentis proprijs: | li. | j |
| Carminũ quoq;: | li. | j |
| Epistolæ uariæ: | | |

Et alia complura.

Viuit usq; hodie in castro suo Hassenstein: & uaria cõscribit: sub Maximiliano Romanorũ rege præstãtissimo: Anno dñi Millesimo. CCCC. XCIIII. Indictiõe. xij.

Heinricus Northeymensis: natiõe teutonicus: uir in sæcularibus litteris studiosus & eruditus: & diuinarũ scripturarũ non ignarus: ingenio subtilis & disertus eloquio: metro excellens & prosa: scripsit quædã nõ spernendæ lectionis opuscula: quibus nomen suũ posteritati cũ gloria cõmendauit. E quibus ego uidi dumtaxat: Opus illud præclarũ quod metro & prosa cõscripsit ad Fredericum marchionẽ Myßne ac ducẽ Saxoniæ: Dimetromachiam prænotatũ:

| | | | |
|---|---|---|---|
| De uirtutũ & uitiorũ cõflictu: | li. | j | Tu mea laurigeros. |

De cæteris quæ cõposuit: nihil ad noticiã meã peruenit. Viuit usq; hodie uaria cõscribens: sub Maximiliano Romanorũ rege illustrissimo: & sũmo pontifice Alexandro sexto: Anno domini Millesimo. CCCC. XCIIII.

Aquinus ordinis fratrũ prædicatorũ: ex Suedia habens uitæ originẽ: uir in diuinis scripturis studiosus & sæcularis litteraturæ nõ ignarus: phus celebris & mathematicus præclarus: ingenio excellens: & comptus eloquio: imitatus Boetiũ: scripsit cõmendatissimũ opus de numerorũ & sonorum:

| | | |
|---|---|---|
| Proportionibus: | li. | j |

Epistolas quasdã.
Et quædam alia.

Viuit usq; hodie apud ducẽ bauariæ Ottonẽ in precio: & uaria cõscribit: sub Maximiliano rege inuictissimo: Anno dñi Millesimo. CCCC. XCIIII. Indictione. xij.

Albertus de Prusa: natione Polonus: gymnasij Cracouieñ. collegiatus: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: in sæcularib⁹ quoq; litteris egre-



http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/trithemius1494/0291
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg